





Kern 86
(1-54; a-g)

(38)

CONSPECTVS LABORVM

QVOS

PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AESTIVVM

IN

STVDIOSAE IVVENTVTIS INSTITVTIONEM
IMPENDERE CONSTITVERVNT

PRORECTORE MAGNIFICO

GEORG. FRIDERICO MEIERO

PHILOSOPHIAE PROFESSORE ORDINARIO
ET ACADEMIAE SCIENTIARVM BEROLINENSIS SODALI



P. P. D. III. APRIL. MDCCLX.

HALAE MAGDEBVRG. LITTERIS HENDELIANIS.



LECTIONES PRORECTORIS, DIRECTORIS

AC

PROFESSORIS MATHESEOS ET PHYSICES PRIMARI.



GEORG. FRID. MEIER interpretabitur hor. IX-X. & mense Augusto simul hor. VII-VIII. *Metaphysicam* celeb. BAUMGARTEN, hor. III-IV. *Logicam* ad ductum compendii sui, & priuatissime hor. VII-VIII. *homileticam aestheticam* docebit.

IO. ERNESTVS FLOERCKE, quia nondura ad hoc Musarum domicilium redire contigit, inter obfides publicos retento: lectiones, quas habere animus est, tum indicabit, cum ad patrios lares redux factus fuerit.

IO. ANDR. DE SEGNER, publice docebit Methodum Fluxionum directam, quam nos Calculum Differentialem vocamus, secundum Institutiones, quae hoc semestri sensim prodibunt; idque hora XI. Priuatim hora X. perget in lectionibus & demonstrationibus physicis, quae eodem hoc semestri absoluentur. Hora II. docebit artem absoluendi proiectiones omnis generis, eas potissimum, quae Scenographicae vocantur, vulgo Perspectivae. Hora III. Elementa sua Arithmeticae & Geometriae denuo auspicabitur.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS maximi momenti sermonum vltimorum Christi ex Ioanne tractationem, calamitate publica interruptam, denuo resumet, & in explicatione Psalmorum nonnullorum aequae ac in paraenesis consuetis perget.

CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS hora IX. Epistolam ad Ebraeos, item Epistolas Iacobi, Petri, Ioannis, Iudae, & si fieri possit, S. Apocalypsin Ioannis; hora vero XI. libros Regum, & Prophetias Eliae, explanabit.

IO. HENR. CALLENBERG, absoluto Deuteronomio, ad priorum librorum historicorum V. T. explicationem progredietur; in historia autem ecclesiastica ad recentiorum rerum enarrationem.

IO. GEORG. KNAPP primo theologiam dogmaticam rursus auspicabitur; deinde historiam ecclesiasticam N. Test. enarrabit. Perget etiam in ascetica tractatione oraculorum sacrorum die Domini tempore consueto.

IO. SALOMO SEMLER 1) instaurabit lectiones dogmaticas; 2) perget in praelectionibus polemics, part. I. artic. IV. & 3) continuabit scholas exegeticas in Epist.

ad

ad Galatas c. I. comm. 6. Forſitan etiam *hiſtoriam ſectarum* religioſarum ſuperad-
der, ſi noui impedimenti nihil intercedat.

IURIDICAE.

IO. TOBIAS CARRACH, adhuc obſes inter arma hoſtilia fluctuans, tunc de-
mum lectiones ſuas indicabit, ſi per Diuinam prouidentiam Muſis Halenſibus reſti-
tutus erit, ipſique iterum in portu nauigare licebit.

DANIEL NETTELBLADT per inſtans ſemefre docebit 1) ius *germanicum*
priuatum hora VIII-IX. ad Inſtitutiones huius iuris a Dn de SELCHOW editas; 2) ius
criminale, KOCHIO duce, hora IX-X; 3) ius *naturae*, ad ſum ſui compendii; 4) ius
feudale, ad ductum elementorum iuris feudalis STRVVI hora XI-XII.

PHIL. IAC. HEISLER horis VII-VIII. & IX-X. Perilluſtr. BOEHMERI *Ele-*
menta Iurisprudentiae criminalis, horis VIII-IX. & XI-XII. vero HEINECCI *Inſtitu-*
tiones iuris ciuil explicabit.

GEORG. SAM. MADIHN docebit hor. VII-VIII. IVS FEVDORVM duce B. G.
STRVVIIO ex editione illuſtr. HELFELDTII, hor. VIII-IX. & II-III commentabitur
loco Digeſtorum in G. A. STRVVI *Iurisprudentiam Rom. Germ. forenſem*, ita ut tri-
usque Iuris Romani pariter ac germanici principia vniuerſa ex ſuis fontibus haurian-
tur, eorumque pragmatici vſus certitudo rite euoluatur, hor. IX-X. *Ius naturae &*
gentium ad diſta elementorum ſuorum, quae ut typis exprimantur tempeſtue cu-
rabit, ex natura humana atque rerum notionibus demonſtrabit, & denique hora XI-
XII. *Ius publicum I. R. G.* tradet, facem praefereute illuſtri PÜTTERO in *noua epitome*
Iuris publici germanici, quae prodiit Goettingae 1757. quibus accedent die Sabbathi
hor. I-II. diſputationes in ſelectas Iuris naturae controuerſi theſes habendae.

MEDICAE.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER hora matutina VII. ad VIII. *Pathologiam ſpe-*
cialem explanabit; hora VIII. ad IX. & X. ad XI. *Therapiam ſpecialem*, iunctis ſimul
neceſſariis regulis & cautelis practicis, in morborum curationibus obſeruandis, per-
ſpicue tradet; hora XI. ad XII. diebus ♂ & ♀ & ♀ *vires aequae vſum compoſitorum*
medicamentorum, iuxta auctas Praelectiones b. SCHVLZII in *Diſpenſatorio* Boruſſo-
Brandenburgicum, exponet; diebus vero ♂ & ♀ eadem hora manuductionem ad *For-*
mularum medicarum praefcriptionem ſuppeditabit, horumque laborum initium ſi-
nitus nundinis vernalibus, die XII. Maii, b. c. D. faciet.

FRIDERICH HOFFMANN, publice hora X-XI. *Phyſiologiam*, priuatim ve-
ro hora XI-XII. *Pathologiam* praeleget. Initium harum lectionum erit finitis inſtan-
tibus nundinis Lipſienſibus.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER publice, diebus Mercurii & Veneris,
ad ductum *Celeberrimi* LVDWIGII, hora XI. ad XII. *Semioticam, phyſiologicam & Dia-*
gneticam explicabit. Priuatim hora VIII. ad IX. tam in *EIVSDEM Inſtitutiones Phyſio-*
logicas, quam *Pathologicas* hora II. ad III. commentabitur. Reliquas horas conſuetas
pomeridianas, praecedente b. HEISTERO, impendet *laboribus Chirurgicis*, theoretico-
practicis.

IO. PET. EBERHARD h. II-III. *Phyſiologiam* tradet ad ductum proprii Com-
pendii. Deinde *Pathologiam* explicabit, & tandem diſputatorias ſcholas aperiet cum
ſelecto Commilitonum numero, de rebus Phyſiologicis & Pathologicis. Reliquae
Praelectiones erunt mathematicae & phyſicae.

FRID. CHRIST. IVNCKER publice praelectiones in Diſpenſatorio Boruſſo-
Brandenburgicum inſtituet; priuatim autem hora VIII-IX. & X-XI. *Therapiam ſpe-*
cialem docebit, hora XI-XII. *Pathologiam* explicabit, hora II-III. *Phyſiologiam* inter-
pretabitur; priuatiffime denique hora IX-X. collegium clinicum prouectioribus me-
dicinae ſtudioſis offert.

PHILOSOPHICAE.

CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS, hora II. libros Chaldaizantes V. Teſt.
hoc eſt, vaticinium Danielis & Ezram, explicabit; praemiſſa inſtitutione grammati-
ca linguae Chaldaicae ad ductum libelli B. IO. HENR. MICHAELIS, proſtantis in bi-
bliopolio Orphanotrophi.

IO. IOACHIM. LANGE publice h. VII. mat. *Mathesin puram* demonstrabit: priuatim h. I. *Physicam dogmatico-experimentalem* explicabit; & *Chemiã theoretico-practicã* hor. VIII. mat. aut IV. vesp. docebit. *Geometriã practicã* nec non *Architecturã militari* peculiarem destinauit operam.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publicis recitationibus *Anthropologię* explanationem destinauit; priuatim autem commentabitur in WALLERII *Hydrologiam*, de quę harum lectionum initio & horis iisdem destinandis, consueto tempore seorsim Dnn. Commilitones e valuis publicis certiores reddet.

IO. HENR. CALLENBERG ad *orientalis litteraturę* apparatus noscendum, eiusque formandum studium, si sint, qui in hoc ductum eius expetant, praeibit.

IO. FRIDER. STIEBRITZ per semestre aestiuum 1) lectionibus vacabit *Metaphysicis*, duce WOLFIO; 2) *fundamenta linguę ebraicę* tradet, DANZIUM secutus; denique 3) egregium *psalmorum librum* ex fonte ebraico interpretabitur. Quod reliquum erit temporis, *priuatissimis lectionibus* tribuet, quas Commilitonum nonnulli desiderarunt. Horas cuiuslibet negotio impendendas suo tempore ex tabula publica significabit.

CHRISTIANVS WEBER per semestre aestiuum docebit hor. IX-X. *Metaphysicã* L. B. de WOLFF, hor. X-XI. *Mathesin purã eiusdem*, & hor. II-III. *Logicã* b. CORVINI.

EXTRAORDINARIAE.

GOTTLIEB ANASTASIVS FREYLINGHAVSEN *Theologiam moralem* tradet, & in *librum* aliquem *biblicum* in tempore adhuc definiendum commentabitur. Continuabit etiam *disputandi exercitia*.

D. IO. FRIDERICVS IOACHIM per instans semestre docebit 1) *Ius publicum*, 2) *Ius feudale*, 3) *Historiam Germanici Imperii*, & 4) *Historiam Vniuersalem Regnorum Europę*. Horas laboribus hisce destinandas e valuis publicis indicabit.

CAROLVS FRIDERICVS PAULI per instans semestre *Historiam Vniuersalem* ad illustr. GEBAVERI *Grundriß* hor. VII. *Historiam S. R. I.* ad SCHMAVSSII *historisches Ius publicum* hor. VIII. & *Notitiam Statisticã S. R. I. generalem* hor. XI. docebit.

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE 1) hor. IX-X. *Collegium practicũ elaboratorium* ad ductum b. PARENTIS *Anleitung zum gerichtlichen Proceß* aperiet. 2) Hor. XI-XII. HEINECCI *Elementa Iuris Cuius secundum Ordinem Institutionum adornata* interpretabitur. Tandem 3) die sabbathi hor. I-II. selectos Auditores *disputando* exercebit.

D. HENR. CHRISTIAN. ALBERTI per instans semestre aestiuum vegetationem & fructificationem plantarum publice demonstrabit, priuatim autem h. VIII-IX. *Physiologiam*, hora IX-X. *Pathologiam*, & hora X-XI. *Botanicã* docebit. Initium harum lectionum erit d. 12. Maii.


D. FRID. LEBERECHE SVPRIAN hoc semestri aestiuo de oculorum adfectibus publice ager; priuatim vero *physiologiam* & *pathologiam* generalem ad SCHVLZII ductum docebit.

D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS, diuina assistente gratia, *oratorium* & *epistolographica* per morbum impedita hætenus *collegia*, ad umbilicum perducet; ac simul denuo *artem* utramque, *dicendi* & *conscribendi epistolas*, pro cuiuslibet nutu, redaspiciabitur; nec deerit iis, qui *epistolas, orationes*, aliaque scripta, nec non *carmina germanica* ab eo desiderabunt tempestiue.

IO. PET. EBERHARD, h. VIII-IX. tradet *Mathesin purã*, h. X-XI. *Mathesin applicatã*, utramque duce WOLFIO, hor. I-II. *Physicã* explicabit & experimentis confirmabit.

F. W. ELLENBERGER in cultiorem litteraturã poetiã aequę ac profaniã hora X-XI; in theologiam naturalem relatã ad christianã hora V-VI. per quatuor hebdomadis dies; in linguã hebraicã tam cursorie in libros, qui supersunt, *Psalmorum* & *Salomonis* aliquem hora I-II; quam critice & grammaticę in *Ioëlem* & *Amosum* hora II-III. commentaturus incumbet. Societatis quoque elegantioris in lingua nostra germanica scribendi generis, librorum communicatione & elaborationum examine, curam geret.





(38)

CONSPECTVS LABORVM

QVOS

PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AESTIVVM

IN

STVDIOSAE IVENTVTIS INSTITVTIONEM
IMPENDERE CONSTITVERVNT

PRORECTORE MAGNIFICO

GEORG. FRIDERICO MEIERO

PHILOSOPHIAE PROFESSORE ORDINARIO
ET ACADEMIAE SCIENTIARVM BEROLINENSIS SODALI.



P. P. D. III. APR.



HALAE MAGDEBVRG. LIT.

